





EXERCITATIO JURIDICA

De

CONTRACTU

REALI, MUTUO,

Quam

DEO Optimo Maximo Auspicante,
Cum Consensu Magnifici atq; Amplissimi

JCtorum Ordinis

PRÆSIDE

VIRO

Nobili, Amplissimo, Excellentissimo, Consultissimoq;

DN. JOACHIMO *Bergern/*

Gryphimont. Siles. J. U. D. Prof. Publ. Curia

Electoralis, Scabinatus & Facultatis Juridicæ Assesore

Ejusdemqve p. t. DECANO,

Patrono atq; Præceptore suo omni honoris obser-

vantiaq; cultu atatem prosequendo

placido examini subjicit

MARTINUS *Gusche/*

Vratislav. Siles.

A. & R.

Die 6. Mensis Aprilis

In Auditorio JCtorum

Horis Antemeridianis.

WITTEBERGÆ

Literis exscribat JOHANNES RÖHNERUS, Academ. Typogr. 1661.

213

1661 12

16



EXERCITATIO JURIDICA

CONTRACTU

REALL MUTUO

DEO OPTIMO MAXIMO AUCTORITATE
Cum Concordi Magnifico et Aristoteli
Iurum Ordinis

IN RESIDE

VIRI

DR. JOACHIMO

Geographiae et Historiae Prof. Publ. et
Bibliothecae et Cabineti Juridici Auctore

Patrono et p. receptore tuo omni honoris obsequio

MARTINUS

Vitalis, Siles

A. R.

In Auct. et p. receptore tuo
In Auct. et p. receptore tuo

WITTEBERGAE
Bene exspectat JOHANNES ROHMERTS, Aedem. Typogr. 1661



In Nomine Domini Nostri Jesu Christi
ad omnia consilia, omnesq; actus semper progre-
dimur *l. 2. C. de Off. Praef. Praet.*

PRÆLOQUIUM.

Quanquam Contractuum materia,
quæ per se satis laudata, ut ejus Utilitas ipsam se
ostendit, commendatione nõ indigeat, *arg. l. 1. ff.
de in Integ. rest.* nec absolutissimis, foecundissi-
misq; Dd. careat tractatibus: Attamen facere non po-
tui, quin & ego pro ingenii viribus de Materiâ Con-
tractus Realis Mutui quid conscribere & proferre au-
derem; cum bene sibi suisq; studiis consulere semper
illi videantur, qui meditationi & lectioni privatae pla-
cidas eruditasq; collationes adjungere, & judiciis alio-
rum, ipsi quid sentiant, subjicere, quidq; in quavis re ve-
rissimum sit, explorare, ardentè laborant: Etenim
notando & disputando bene, & optimâ ratione omnia
discernuntur *arg. l. fin. §. 26. ff. de mun. & honor.* Quibus
ita perpensis & commendante in publicâ Prælectione
hanc materiam Amplisf. & Exceli. Dn. Præsidi,
mihi exinde allubuit, de hac in Foro hodierno fre-
quentissimâ & utilissimâ agere, præprimis, quod eò fa-
miliariora reddenda & altius diligentiusq; examinanda,
quæ quotidiana sunt, *l. 25. ff. deliber. leg. & l. 1. ff. de susp.
sut.* Veniam autem, si quâ fortè in re hallucinatus sim,

▲

ab

ab Optimo quoque deprecor, quam, cum favendum sit
maximè honesta cupientibus; impetraturum me esse
facillimè, spero. Faxit verò Divinum Numen & Su-
prema Illa Justitia, ut undique omnia ex voto fluant,
procedantque feliciter. Sit itaque

THESIS I.

Mutuum ab eo dictum est, quod ex
meo tuum fiat.

§. 1. Multum hinc de Etymologia vocabuli Mutui, inter
se disceptant nonnulli Jcti, dicentes, Mutuum non esse verbum
derivatum, sed primitivum, ex quibus primas tenet Joannes
Ferrarius Montanus ad §. 1. *J. quib. mod. re. contr. obl.* Alii con-
tendunt hanc vocem non quidem origine primam esse: verum-
tamen descendere à Verbo Activo Mutuare, quod propriè ac-
cipitur pro eo, quod est mutuo dare & mutuum accipere: vel
à verbo Deponenti Mutuari, quod propriè pro eo, quod est
mutuo accipere, sive mutuum restituere, autore Budæo, hinc
illud est, qui mutuatur pecuniam, dat mutuo, & qui mutuatur,
mutuo accipit: Alii autem rectius à Mutando dici debere
quam ab illà derivatione, quæ more Stoicorum adducitur, &
potius descriptionem, quam ipsum *ἔμμενον* denotat, ut acutus
ille Jctus Jac. Cujacius id vult in *lib. XI. Obs. Suar. c. 37.*

§. 2. Verum his non adstipulans dico, Iniquum esse à
Paulo in *l. 2. §. 2. D. de R. C. recedere*, cum æque D. Imp. noster Ju-
stinianus in *§. 1. J. quib. mod. re. contr. obl.* huic Notationi Pauli
subscripserit; ac nullibi in Jure nostro demonstrari possit, Mu-
tuo nomen à Mutatione inditum esse. *Gæd. tr. de reb. cred.
c. 1. concl. 1. n. 5. Ungepauer Exer. 10. quest. 6. in Nego.*

§. 3. Perpendunt autem Jcti hinc Notationem Logicam
& Juridicam, quæ res potius & earum convenientiam, quam li-
teras & syllabas spectare solet: *arg. l. 1. §. 1. ff. de Pact. l. 1. ff. de
acquir. poss.* proinde cum Varrone dico descendere vocabulum
Mutuum à verbo Siculo *μῦτρον* sive Græcâ notatione *μῦτρον* h. e.
de

215

de meo tuum; Grotius in Flor. Spars. Dicitur quidem aliàs à
Græcis Mutuum *δανεισμός* quasi res alienum, à voce *δάνω* Munus
& *δανείζω* ad usuram do: ac *δανειζόμενος* mutuor: Unde &
Græci, Creditores *δανειστές*, Debitores autem *δανειζόμενοι* ap-
pellantur, seu *πρωτόκολλοι*, de quibus infra pluribus: Verùm ista
notatio nominis, quam jam diximus, à *μῦ* & *τίον* desumpta, re-
ctior nobis videtur, cum verba hæc, *de meo tuum*, nihil aliud
nisi formalem effectum & ipsam Naturam Mutui exprimant,
& quidem per reciprocationem *quandam*, itaut quod de meo
tuum fit, aliquando de tuo meum fiat. *pr. f. quib. mod. re. contr.*
obl. l. 2. §. 2. ff. de reb. cred. Wesenb. in Par. ff. de reb. cred. n. 10.
Cæterùm si nudè saltim illa verba sumantur, & affirmativè arguere
velis, adq; contractum Venditionis, Donationis, vel Permutatio-
nis applices falsū inde reddetur. Firma hinc & vera dicta notatio
remanet, cum & hunc usum loqvendi Veteres probarint, cum
quæ fuerint reciproca, mutua vocarent: e.g. Mutuum amorem
l. 1. ff. de Don. int. vir. & ux. Mutuam pensitationem *l. 39. ff.*
Solut. matri. Mutuas operas *Terent. in Phorm. 1. 5. 37. habet.* Sic
ποῖόν ἀνατίθειμὸν ἀχρὸς mutuum onus impositum *Sophon.*
dixit: Et *Isidorus lib. 5. Origin. c. 25.* Mutuum, inquit, appellatum est,
quia id, quod à me tibi datur, ex meo tuum fit. Quam inter-
pretationem ipse *D. Imper.* intellexit, quando *in d. pr. f. quib.*
mod. re. ait: Et quoniam nobis non eadem res, sed aliæ ejus-
dem naturæ & qualitatis redduntur. *Et in d. l. 2. §. 3. h. t.* Mu-
tuum damus, recepturi rem ejusdem generis.

THES. II.

Sumitur autem Mutuum dupliciter:
vel Generaliter & latè pro Credito: vel
Specialiter & strictè pro ipsâ Re mutuò
datâ.

§. I. Diversimodâ significatione accipi Vocem, Mu-
tuum, & quidem in Generali, sive latâ & etiam impropriâ
innunt phrasæ illæ tum ab Effectu desumptæ, quando sc. in LI.

A 2

dici-

dicitur, in creditum ire, idem intelligitur, ac si dicatur, in Mutuum ire & creditam pecuniam facere mutuam l.2. §.1. l.19. §.1. ff. de reb. cred. l.19. §.fin. ff. ad SCt. Vellej. in creditum dare, pro creditam pecuniam dare mutuam l.6. §.6. ff. Mandat. Et in creditum accipere pro creditam pecuniam mutuo accipere l.10. 15. 16. & 20. ff. de reb. cred. tum illæ à Materiâ petita, cum pro Mutuo ponitur vel æs alienum: l.1. pr. ff. de SCto Maced. l.1. & XI. C. si cert. pet. vel mutua quædam quantitas accepta l.41. §.ult. ff. de Usur. vel mutua pecunia l.10. fin. ff. de V. S. l.14. C. si cert. per. l.3. §.3. l.7. §.3. ff. de SCt. Maced. vel mutuo accepta pecunia l.1. C. Mand. vel nomen l. XI. pr. & §.1. ff. de Usur. l.35. ff. de reb. cred. l.16. §. de solut. vel numeratio pecuniæ l.7. ff. de reb. cred. vel ipsa numeratio l.126. §.2. vers. superest ff. de V. O. l.4. & l.7. §.3. ff. de SCt. Maced. l.19. ff. de V. S. Tum illæ à Formâ derivatæ, si pro Mutuo datio Mutui nuncupetur l.2. §.1.2. & 4. ff. de reb. cred. & pr. §. de obli. quæ re contrab. Et deniq; impropriè accipitur vox Mutui, cum de Commodato dicitur ut in l.12. §.14. ff. de instr. vel instr. leg. l.49. §.2. ff. de leg. 3.

§.2. In propriâ autem & strictâ sive Speciali significatione accipi debet Mutuum, vel pro re fungibili, quæ mutuo datur: pr. §.1. & 2. §. de obli. quæ re contrab. l.2. & 3. ff. de reb. cred. vel pro ipso contractu Mutui §.2. §. de J. N. G. & C. l.2. & 3. ff. de reb. cred. vel ut fœnus seu lucrum in se contineat l.34. §.1. ff. de reb. cred. l.7. §.9. ff. de SCt. Maced. l.41. §.1. ff. de Usur. vel ut fœnori opponatur l.33. & 34. ff. de reb. cred. vel significatione adjectivâ: l.17. & 22. ff. de reb. cred. l.41. §.1. ff. de Usur. l.26. ff. de const. pec.

§.3. Positis his, nulla proinde alia hîc significatio obtinebit nisi ea, quæ in specie hac ratione, ut in modo dicto §.2. considerata est, inprimis rem illam in quantitate consistentem, & celeritatem effectus reciprocæ vicissitudinariæque contractus hujus naturam exprimentem pro Mutuo accipit: ita ut per omnia, & in omnibus, res illa quæ ab altero alteri datur, & vicissim eam alter alteri eadem bonitate & valore ut accepit, non quidem in specie tamen in genere reddit, bene conveniant. l.3. ff. de reb. cred.

§.4. Ul-

§.4. Ultimò hîc adjicere quid lubet de nomine Creditoris & Debitoris hujus Contractus, quorum Nomen pari ratione strictè sumendum ut nomen Mutui: Etenim à Græcis iste δανειστής appellatur, qui mutuam contrahit, & ille δανειζόμενος, qui mutuam pecuniam accepit: Unde bellè Constantinus Harmenopol. in lib. 3. Epit. Jur. ti 5. ait: Το δανειστὴς καὶ χρεώστὴς ὄνομα ἢ σπὴνθία καὶ ἢ τῶν πολλῶν γλώττια ὡς ὀπιτοπολυ ὀπιτῶν δανειζόντων καὶ δανειζομένων ὡς φλαμβαίνει καὶ λέγει: i. e. Creditoris & debitoris nomen consuetudo ac plurimorum lingua plerumq; de iis, qui mutuo quid dant, & accipiunt, usurpat & dicit; Huic adstipulatur § l. 10. § 11. ff. de V. S. l. 9. C. sicert. per. § l. 5. §. 3. ff. de O. § A. quæ postrema geminam innuit significationem. Ceterum mutuam & debitum ut speciale & generale differunt; Doctè & rectè Attaliat. in suâ Juris Synopsi Tit. XIX. §. 2. p. 18. ait: Διαφέρει τὸ δάνειον ἔχρεος ὅτι τὸ μὲν χρεῶστος γενικόν ἐστὶ: χρεῶστος γὰρ ἐστὶ, τὸ ἀπὸ δανείου χρεωστῆμενον, καὶ τὸ ἀπὸ λεγάτου, καὶ τὸ ἀπὸ τιμήματός περὶ τὸ πρᾶγμα ἐπιπολυμπανόμενον καὶ τὸ ἀπὸ καταδίκης: Δάνειον ἢ τὸ ἀπὸ καταβολῆς νομισμάτων χρεωστῆμενον i. e. Differt Mutuum à debito, quod debitum generale quiddam fit: nam debitum est, quod ex mutuo debetur, & ex causâ legati, & quod ex pretio rei venditæ restat, & quod debetur ex condemnatione: Mutuum verò est, quod ex numeratione numerorum debetur.

THES. III.

Est Mutuum Contractus Juris Gentium, nominatus, stricti Juris, quo res fungibilis seu quantitas eâ lege datur, ut eadem in genere non in specie, in eadem bonitate & qualitate reddatur.

§.1. Magna hîc Dd. communiter gerunt negocia contententes, Mutuum non verum esse contractum, sed improprium: prout testatur Nicol. Bellon. l. 2. supp. Jur. c. 21. Comsius in l. frater. ff. de cond. indeb. n. 3. Cujac. in l. Juris Gent. 7. ff. de pact.

A 3. Margvard.

Marquard. Preber. lib. 1. Parerg. c. 16. Forster. intr. de pact. c. 4. mem. 2. & multi alii, qui omnes unam eandemq; opinionem habentes, illam ipsam stabilire nituntur ex l. 19. ff. de V. S. ubi definitur contractus per ultro citroq; obligationem, qualem verò obligationem Mutuum in se non continere asserunt, contractus igitur Mutuum non erit. Verum argumentum admodum infirmum esse & facile rejici posse, ex his constat. Etenim contractus neutiquam inde deducitur: quod per verba, ultro citroq;, Obligatio ab utraq; parte dependens intelligenda sit, sed innuitur his verbis quomodo contrahentes inter se ipsum conficiant actum, sese constringant & obligent, ut ait Alber. Gentil. ad l. 19. ff. de V. S. Besold. tr. de mut. c. 2. n. 2. Hinc rectè Vultejus pr. J. de Oblig. n. 32. dicit: Contractus inter se non conferendos esse, quatenus ex iis ultro citroq; nascatur obligatio, aut non, sed quatenus contractus fiant consensu vel vero, vel quasi, nimirum ex Juris intellectu. Et paulo post subjicit: Proprietas Contractuum non ex modo obligandi, sed ex modo contractum ineundi sumi debet. Quod & ex ipso græco verbo συναλλαγμα apparet, quod significat negocium aliquod, ex utraq; parte interveniens: & descendit à σύν αλληλ & αλληλ: quod derivatur ab αἴσθησις sive αἴσθησις convenio & tracto hinc συναλλαγμα denotat: tracto cum aliquo: Hac igitur ratione Mutuum actus dicitur, intuitu Numerationis quâ perficitur, & hac ratione d. l. 19. ff. de V. S. non obstabit. Besold. d. l. Rümelin. ad p. par. 3. t. de reb. cred. §. 2. B. Harpprecht. ad §. 2. J. de Obli. n. 15. Wurms. Nucl. Contr. ad. J. quib. mod. re. contr. 2. n. 10. seq. Ungep. Exer. 10. quest. 7. in Neg. Evidentissimè autem probatur Mutuum verum & proprium esse Contractum 1. per §. 2. fin. J. de J. N. G. & C. §. 1. J. quib. mod. re. con. obl. l. 1. §. 2. ff. de O. & A. l. 80. ff. de solut. ubi ex professo D. Imp. cum Prudentibus de Mutuo agit, & veris illis Contractibus hoc inserit: 2. corroboratur id effectu ac fine Contractuum, qui sunt, Parere obligationem & Actionem l. 1. §. XI. ff. de O. & A. l. 20. ff. de Judic. At mutuum producit obligationem & Actionem, certi nempe Condictio- nem. pr. J. quib. mod. re. contr. obl. l. 9. §. 3. 8. & 9. ff. de reb. cred. l. 7. §. 1. & 2. ff. de Pact. Treutl. vol. 1. Disp. 20. th. 1. & Forster. Disp. 16. §. 11.

217
D. n. Wesenbec. Par. ff. de reb. cred. n. 9. 3. Quod Mutuo defini-
tionem Contractus competere unanimiter dicitur: nam verba
propriè sunt accipienda l. 69. ff. de Leg. 3. Definitur autem con-
tractus, quod sit conventio cum causâ l. 1. § 3. & l. 7. § 4. ff. de
Paet. 4. deniq; ita arguo, omnis conventio aut pactum nudum,
aut contractus: nullum datur tertium l. 7. § 1. ff. de Paet. Mu-
tuum pactum nudum non est: quia aliquid amplius habet,
quam nudam conventionem § 1. J. quib. mod. re. contr. l. 2. § 1. &
2. ff. de reb. cred. Ergò igitur contractus erit: Gæd. tr. de reb.
cred. proleg. n. 53. seq. Non perperam autem & ratione formæ
Mutuum συναλλαγμα dicitur μονόπλευρον, siquidem contractus
hic est, qui ex altero tantum latere statim ab initio vel novâ su-
perveniente aliquâ causâ ex post facto obligationem parit, per-
petuo tamen firmus & validus, nullo impediendo casu manet:
cum præprimis in discernendis contractuum formis non even-
tus, sed initium inspiciatur l. 15. ff. de neg. gest. l. 1. § 13. & 14. ff.
Depos. l. 8. ff. Mand. Goed. d. l. n. 65. Borcholt. Dis. I. de reb. cred.
pos. 4. arg. 2.

§. 2. Porro demonstrandum jam venit: Mutuum esse
Contractum Juris Gentium: quod hisce declaratur; tam texti-
bus expressis, in quibus speciatim Imperator Magnus Contractus con-
tractum Juris Gentium nuncupavit Mutuum ut §. 2. J. de J. N.
G. & C. arg. l. 5. ff. de J. & J. l. 7. § 1. ff. de paet. quam rationibus,
1. quia Mutuum conventio est d. l. 7. ff. de paet. Wesen. par. ff. de reb.
cred. n. 10. 2. quia consensu perficitur expresse, & quandoq; ta-
cito, qui vel ex re, vel facto, vel ex interpretatione, vel præsumtâ
voluntate elicitur sive constituitur l. 2. ff. de Paet. Gæd. tr. de
reb. cred. prol. n. 74. seq. Nullus enim est contractus, qui in se
consensum non habeat l. 1. ff. de Paet. Borch. diss. I. de reb. cred.
pos. 3. arg. 7. Ergò & hic. 3. quia Mutuum cum ipso penè huma-
no genere incepit: apud omnes gentes peræq; ac omni ætate
observatum est. Uti ergò hic contractus ortum suum à Jure
Gentium traxit, ac introductus est; sic nec immeritò hucusq;
conservatus, licet quidem nonnulla à Jure Civili circa illum di-
spolita sint: non tamen conficiendo illius essentialem formam
sed approbando eam, Wesen. Par. ff. de reb. cred. n. 10. fin. Gæd.
tr.

tr. de reb. cred. c. 2. con. 1. n. 4. § 16. His ita discussis concludo cum Treutlero minus Logicam esse distributionem Mutui in Naturale, Civile & Mixtum: de quibus suo loco pluribus agetur. *V. Treutl. vol. 1. Diss. 20. tb. 1. D.*

§. 3. Quod autem Nominatus dicatur Contractus Mutuum demonstrat, tum speciale illius nomen, quod à speciali illo negotio, quod hic celebratur, super nomen generis sui assumit, quod aliis contractibus non est communicabile *l. 7. §. 1. ff. de pact. Bartol. ad l. 28. C. de transact. Schneid. ad §. fin. J. de oblig. n. 10. Et ad pr. J. quib. mod. re. con. n. 8.* Tum id quod determinatam, i. e. specificam ac propriam formam habeat, ut res eadem in eodem genere aliquando reddatur *arg. l. 2. ff. de reb. cred.* Tum quia ob communicandam pecuniam, sine quâ commercia hominum consistere nequeunt *l. 1. §. 1. ff. contra. empt. l. pen. C. de rer. permut. §. 2. J. de Empt. & Vend.* contractu hoc omnes gentes frequenter usæ sint, ut hinc facile nomen inveniatur proprium. *Wesenb. Par. ff. de reb. cred. n. 9.* Deniq; ob differentiam illam Principalem nominatus quoq; est Contractus Mutuum, quia sc. re integrâ in hoc nullus obtinet pœnitentiæ locus locum, *Schneid. ad §. fin. J. de oblig. n. 13.* Insurgit quidem contra hanc communem Dd. sententiam, *Coras. Miscel. l. 1. c. 23.* Verùm cum tanti momenti non sint argumenta Ejus, cum constant tã fallaciã ex figurâ dictionis commissã, ut Logici loquuntur, quã fallaciã Compositionis ac Divisionis; etenim quod secundum quid intelligendum, *Corasius* simpliciter accepit: Misas hinc facio *Corasii* argumentationes, & *Bartolo* adhareo cum *Gædd. tr. de reb. cred. prol. n. 79. seq.*

§. 4. Procedo jam ad id, ubi dicitur Mutuum esse stricti Juris. Hanc denominationem accepit, à strictâ illa ex suâ naturâ proveniente regulâ, quâ omnia Arithmeticâ proportionem, ad æqualitatem eorum, quæ data sunt, exiguntur. *l. 3. ff. de reb. cred. Wesenb. Par. ff. de reb. cred. n. 9.* Deinde & stricti Juris nuncupatur, quia Actio ex illo proveniens, certi nimirum Conditiõ, inter Actiones bonæ fidei non numeratur *§. 28. J. de Act. Schneid. ad pr. J. quib. mod. re. con. n. 8. Treutl. vol. 1. Diss. 20. tb. 1.*

§. 5. Nunc

§. 5. Nunc declaratum genus excipit differentia illa specifica: quæ per sequentia definitionis verba innuitur; Et secernitur ratione causæ formalis mutuum, à Venditione & emtione, quod in his ex unâ parte intercedat quantitas, ex alterâ verò parte species sive certum corpus: quod tamen in Mutuo non procedit: cum ab utroque latere quædam quantitas una, quæ à Creditore, altera in eadem bonitate à Debitore præstanda sit. A Donatione deinde distat Mutuum, quia in illâ non eâ lege meum fit tuum, ut tuum rursus fiat meum, quia non obligatus sum tibi: quod tamen fit in Mutuo, ubi datur aliqua res, quæ deinceps in eodem genere redditur. A Commodato postea distinguitur: quod in illo dominium non transferatur, sed eadem species præstetur: verum in Mutuo res accipientis fit: qui non eandem speciem, sed idem genus restituit. Et denique à Permutatione quod in eâ diversi generis res communicentur: Non verò in Mutuo, ubi ea, quæ in eodem genere sunt fungibilia restituantur. *Schneid. ad pr. l. quib. re. con. n. 11. seq. Wesenbec. Par. ff. de reb. cred. n. 9. Borcholt. Disp. l. de reb. cred. Posit. l.*

§. 6. Dictum est in definitione suprâ, quod res fungibilis sive quantitas sit restituenda. Et quaeritur circa causâ hanc materialem, Quanam res hîc per Quantitatem intelligantur, cum & corpora immobilia sub quantitate comprehenduntur? Ad quam quæstionem respondetur I. Vocabulû Quantitatis paulo strictius considerare J. C. ros, quam Philosophos, nam in Jure corpori sæpius opponitur quantitas, per quam res illæ denotantur quæ utendo, fruendo statim absumentur: cujusmodi res sunt, vinum, oleum, frumentum, panis, numerata pecunia, & similes res (quavis illa absumptio non uniformis sit) quarum usus est in abusu *l. 1. Et t. ff. de usufr. ear. rer. quæ us. consum. §. 2. & 3. l. de usufr. quæ recensitæ species recte in jure nostro tanquam Quantitates, non autem tanquam corpora considerantur, quia nobis sui fruitionem quantitate, pondere, numero, & mensurâ præstant potius, quam singulis Corporibus: etenim in nummo orbicularem illam formam ut quantitatem non inspicimus, sed illum valorem, qui nummo à Lege publicâ impositus, & quo fungitur, arg. l. 7. ff. de contr. emt. Sic nec in frumento, hordeo, tritico, avenâ, pipere*

B

singula

Angula grana, licet corpora sint: nec in vino singulas guttas,
vel integrum vini acervum, uti sunt verba *Gæd. tr. de reb. cred. c. 1. concl. 2. n. 22. p. m. 46.* In vase conclusum, spectamus quam mensuram
l. 3. ff. de reb. cred. Et hoc est, quod in *l. 2. §. 1. ff. de re. cred.* Paulus
profert, Mutui datio, inqviens, consistit in iis rebus, quæ pon-
dere, numero, mensurâ consistunt, quoniam earum datione pos-
sumus in creditum (mutuum) ire: quia in genere suo functio-
nem recipiunt per solutionem (magis) quam specie *l. 1. ff. de trib-
tic. cond. l. 51 ff. de leg. I. l. 22. ff. de reb. cred. Borcholt. Diss. 2. de reb.
cred. pos. 1. seq. Job. Robert. lib. 3. sent. c. 14. Gæd. ad l. 4. ff. de V. S. n.
26. Et. tr. de reb. cred. c. 1. concl. 2. n. 19 seq.*

§. 7. Deinde notandum hic venit, has res, quæ quidem
numero, pondere, mensurâque consistunt, non statim mutui
contractum constituere, quia & aliæ species occurrunt, quæ si-
mul numerari, ponderarique possunt, ut sunt, equi, oves, libri,
& aliæ res: nisi sequentia intercedant, requisita substantialia,
quæ notanda veniunt: ubi l. est, ut res quæ data est, ad numerum
naturaliter adinventâ sit, ut numeretur, veluti Pecunia: 2. est,
quod observatâ Consuetudine res in suo genere functionem re-
cipiant: ut Vinum, frumentum: si verò talis consuetudo non
sit, licet reperirentur res inter quas omnimoda sit similitudo, ut
talem in suo genere recipiant functionem, Mutuum in eis neu-
tiqvam consistit: *per gl. ad l. 2. §. 1. ff. de reb. cred.* 3. est, quod res de
sui Naturâ ad numerum seu pondus vel mensuram adaptata sit;
quod & Summus Ictus intelligit quando dicit: Mutuum con-
trahitur in his quæ numero consistunt: *pr. l. b. t. §. 1. ff. de reb.
cred.* Ubi quidem Bartol. & Paul. per hæc verba, quæ numero
consistunt; volunt intellectas res eadem bonitate & qualitate
uniformes, quod perperam; quia in pipere etiam grana unifor-
mia & eadem qualitate ac bonitate non tamen ad numerandum
piper inventum est, sed ponderatur, vel mensuratur: Sic liber, ovis
equus, gladius, & id genus alia ponderari quidem & mensurari,
numerarique possunt: non autem in his reperitur omnimoda
similitudo, nec retinent substantiam illam ejusdem bonitatis &
utilitatis in numero vel pondere, nam magna est differentia in-
ter unam ovem & aliam, inter unum librum & alium &c. Et

219
Ita fallit Bartol. cum Paulo, quos hic mitto, & Domino Imperator assentiens sum qui eas res accipit, quarum substantia ejusdem bonitatis & utilitatis in numero vel pondere vel mensura consistit & retinetur. 4. est: quod actus contrahentium adaptetur ad aptitudinem rei: e. g. pecunia, cui aptitudo numerandi est, ad numerum danda: Si verò daretur in sacculo, ut eadem restitueretur, non esset mutuum, secundum commune Dd. calculum. *Schneid. ad pr. J. quib. mod. re. contr. obl. n. 18 seq.*

§. 8. Examinatis jam his oppidò manifestum fiet, quid per res fungibiles accipiendum? Nempe illæ hic denotantur res, quæ mutuis funguntur vicibus, & quarum alterius altera locum ita supplet, ut quod meum est in eodem genere, atque ad eò usum idem cum tuo sit, teste *Conan. libr. 1. c. 1.* Et ita sese habent res, quæ pondere, Numero & Mensura consistunt, quarum una alterius vice fungitur, & per solutionem ita redditur, ut una tantum, quantum altera præstet, non modo ipsâ substantiâ ac qualitate, sed etiam usu: *Wesenb. Par. ff. de reb. cred. n. 8. & 11.* Hinc & res fungibiles nomen sortiti sunt, quod in se recipiant quandam functionem, h. e. communicationem, dationem, redditionem, usum & satisfactionem, quod idem est, ac si dicatur, res fungibiles non in specie i. e. ipso individuo, sed in genere per solutionem præstantur. *Schneid. d. l.*

§. 9. Hic obstare videntur *Donell. ad l. 22 ff. de reb. cred. per l. 21 ff. de comp. l. 13 ff. b. t. l. 94 §. fin. ff. de sol. l. 3. §. 2 ff. de contr. & util. tur. act. §. l. 47 §. un. ff. de Jur. Fisc. Et Zas. lib. 1. sing. Resp. c. 1. n. 22 per l. 65. §. 6 ff. de cond. indeb.* qui tantum de numeratâ pecuniâ Quantitatem non verò de rebus aliis quamvis pondere & mensurâ consistant, dicendam volunt, quia valor omnium rerum solis nummis æstimatur per l. 1. §. 3 ff. de in lit. jur. Verum erroneam horum opinionem refellit *t. r. ff. de usufr. earum rerum quæ usu. consum.* probans hic Quantitatem non de solâ numeratâ pecuniâ, sed & de pluribus rebus aliis intelligi debere, Quarum nempe usus est in abusu §. 2. & 3. *J. de Usufr.* Expressè autem & hoc probat *l. 19. §. 1 ff. de aur. & arg. mund. leg.* ubi dicitur, si certum pondus auri sit legatum, vel argenti, magis quantitas legata videtur, nec ex vasis tanget. Cui *d. l.* multi alij evidentes textus adstant ad am-

Sim id confirmantes: ut est l. 34. §. 3 ff. de leg. I. l. 87 ff. de Leg. II l. 93.
pr. ff. de Leg. III. l. 1. §. 6. & l. 63. ff. ad L. Falcid. Sic & Paulus in l. 2. §. 1. ff.
de reb. cred. Item Caj. per l. 11 ff. de Jurisd. om. jud. demonstrant hoc.
Insuper nec in congruè locum hic invenit ratio ea, quando di-
citur, pecuniæ numeratæ quantitatem ideò esse, quod certo con-
stat numero, quod numero sit quantum, quod numeratione ma-
gis, quam corporibus distingvatur l. 88 ff. de V. S. l. 3. ff. de in lit. jur.
quod usum dominiumq; non tam ex substantiâ sive materiâ præ-
beat, quam ex quantitate l. 1. vs. eiq; materia ff. de contr. emr. & l.
94. §. 1 ff. de solut. Quâ de causâ non licebit de cæteris rebus pon-
dere ac mensurâ consistentibus hoc asseverare? Cur non dicam,
frumenti & olei quantitas ideò est, quia certâ mensurâ, & certo
pondere illa constat, quia mensurâ & pondere quanta sunt, quia
mensurâ & pondere magis distingvuntur, quam corporibus:
quia usum ex quantitate potius quam suâ existentiâ præstant?
Verum hinc inde quam quod verissimum est: Quantitatem et-
iam in cæteras res, quæ & pondere, & mensurâ consistunt, ca-
dere. Quod quidem nonnullæ Leges de numeratâ pecuniâ as-
serunt, non videntur obstare, etenim illæ non absolutè nummis
quantitatem, sed *ναρ ἕξοχῆν* scilicet pro subjectâ re attribuunt;
quod eleganter ac prolixè confirmavit Robert in lib. 3. sent. Jur. c.
6. & c. 14. Et cum eo Vultejus lib. 1. Discept. c. 10. His addatur Gæd.
ad l. 4 ff. de V. S. n. 24. seq. Et tr. de reb. cred. c. 1. con. 2. n. 24. seq.

§. 10. Brevibus hic ultimò notandum venit, circa verba
in Definitione posita: quod nempe in Genere non in specie res
sit tradenda; Ut hic JCtus Genus & speciem accipit longè enim
aliter JCtus Speciem & Genus considerat, quam Philosophus:
Etenim hic Genus habet, quod de pluribus specie differentibus;
Speciem, quæ de pluribus individuò differentibus prædicatur:
Ille autem plane hæc invertit & Speciem pro Genere, ipsumq;ve
Individuum pro Specie agnoscit: V. gr. Species eadem JCto est,
ipsum triticum quod mutuo datum, idem genus triticum Afri-
canum pro Africano, aliud Genus Vinum pro tritico. Gothofr.
ad l. 2. ff. de reb. cred. B. Ludovvel. Disp. n. 83 G. Wesenb. Par. ff. de reb.
cred. n. 11. Everb. à Midel, in loc. topic. à Specie ad Gen. n. 2.

THE-

Unicum saltem est Mutuum idque Naturale, sive Juris Gentium, nullum Civile, neque Mixtum.

§. 1. Perditā, ut in proverbio dicitur, operā commune Dd. consortium hic suam adhibere nititur industriam dividendo Mutuum vel in Naturale & Civile, vel in Naturale, Civile, & Mixtum; quæ divisiones si altius perpendantur, planè extrā Juris rationem & Legum fundamenta confictas esse apparent. Etenim hic manifesta confusio & Stipulationis & literarum obligationis commissa esse videtur cum Mutuo si dictæ divisiones procedant, quam tamen confusionem curā amussitatā fugere Summus Jctus præcepit §. ultim. J. de oblig. & t. J. de lit. oblig. Harpr. ad pr. J. quib. mod. re contr. n. 20. Giphan. de divis. Jur. tb. 94. Ludvvell. Diss. II. tb. 3. H. Merito igitur repudiamus adversantium Dd. opiniones atque cum Baldo, Alberico, Fulgoso, Jafone, Curtio, Alciato, & Polomneto, Unicum tantum Mutuum asseveremus, & quidem propriè Naturale, quod est, quando absque Stipulatione, & Literarum obligatione, sive nullo Jure cogente, actualiter numero, pecuniam tibi mutuo, & ejus dominium in te transfero, pr. J. quib. mod. re contr. l. 2. l. 16. & l. 19. ff. de reb. cred. l. 1. §. 2. ff. de O. & A. quæ datio pecuniæ, nisi ex tempore proficiscatur; mutuum non est: l. 2 §. 3. vs. item ff. de reb. cred. & licet Stipulatio interveniat ac interponatur l. 30 ff. de reb. cred. Numeratio tamen mox substantiam obligationis implet l. 6. ff. ad SCt. Maced l. 7. ff. de Novat.

§. 2. Frustrā itaque rem illi agunt, qui Stipulationem ut novam Mutui speciem efficere conantur per libr. 6. C. fin. cert. per. Hæc enim planè contra mentem sunt D. Imper. qui Mutuum, per se verum, firmum, & proprium contractum esse, Stipulationem etiam per se consistere, voluit, ut demonstrari potest ex l. 2. & 9. C. si cert. per. Idem dicendum est, de literarum Obligatione, quam si speciem Mutui, D. Imper. ratam esse habuisset, non singularem atque contradistinctam mutuo

speciem ex illâ confecisset: remoto igitur genere, removetur etiam species. *Everb. à Mild. in Top. à Spec. ad gen. n. 2. Schneidw. ad pr. J. quib. mod. re. con. n. 22. Gædd. tr. de reb. cred. c. 2. conc. 2. n. 20 seq.*

§. 3. Analogicè autem quoddam Naturale Mutuum intervenire videtur, quando non statim ab initio, sed ex postfacto demum Mutui datio, absolvitur: quæ fit, vel ab homine, tam per fictionem brevis manus, quam alieno nomine, vel confirmatur Lege, per *l. 8. l. 9. l. 11. l. 13. §. l. 19. ff. de reb. Cred. vel Jure singulari l. 15. ff. d. t. quod dicitur mutui vicem habere l. 3. §. 3. ff. ad S. C. Marc.*

THESIS V.

Mutuum absolvunt tum consensus Contrahentis utriusque: tum rei ipsius interventus, qui licet hoc in contractu præcipuus sit, solus tamen haut sufficit ad inducendum mutuum.

§. 1. Ut omnibus in rebus, quibus dominium transfertur, affectus ex utraque parte contrahentium concurrat necesse habetur *l. 55. ff. de O. & A.* ita & in Mutuo, utrinque Animus contrahendi adsit, requiritur *l. 9. §. fin. l. 10. ff. de reb. cred.* adeo ut non nisi inter consentientes Mutuum fieri possit *l. 32. ff. de re. cred.* alias si desit consensus, res accipientis non fit, nec mutuum contrahitur *l. 18. ff. de reb. cred.* Ast error, quem ut in cæteris contractibus, ita & in hoc, abesse oportet, *l. 18. ff. de reb. cred. l. 1. l. 3. §. 1. l. 55. §. l. 57. ff. de O. & A. l. 21. §. 2. ff. de Act. emt.* si intercedat, Mutuum dirumpitur *d. l. 18. ff. h. t. Bronch. cen. 2. Enant. ass. 21.* nihil enim consensui magis est contrarium, quam error *l. 116. §. fin. ff. de R. I. §. l. 15. ff. de Jurisd.*

§. 2. Non autem solus consensus Mutuum perficit, sed rei tradendæ exhibitio contractum hunc implet. *l. 20. C. de pact. §. 40. J. de R. D. l. 2. §. 3. §. l. 30. ff. de reb. cred. pr. J. quib. mod. re. contr.* hinc dicitur, quod multo magis Re perficiatur Mutuum, quam Conventionione *d. l. 2. §. 3. vs. Item ff. d. t. d. pr. J. h. t.* Et patet ex eo, quod

quod eò magis res hïc, quam consensus attendatur, quia Mutuum ultra id, quod datum est, non procedit, licet sit promissum *l. 11. ff. de reb. cred. Wesenb. in Par. ff. b. t. n. 10.* Interdum tamen ex benignâ Juris interpretatione hïc dominiij translatio per fictam brevis quasi manus traditionem fit: *l. 12. & 13. ff. de reb. cred. l. 6. ff. de cond. indeb. l. 4. C. si cert. pet. Vult. ad pr. J. b. t. Don. lib. 12. com. 6. 12. Ludwell. Disp. XI. 6. 3. E.*

THESIS. VI.

Materialis causa Mutui, sunt Res, quæ pondere, numero, & Mensurâ constant.

Cum multa jam tum supra in §. 6. & 7. 8. th. 3. de hac Materiali causâ dixerim, supervacaneum foret, ut illa hic repperem: unicum addere lubet, quod nimirum hæ res, non, ut corpora per se sunt, sed ut Quantitates considerentur, quatenus præprimis in pari pondere, numero & mensurâ æquivalent, & tantundem in genere suo functionem recipiant magis, quam specie *l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. pr. J. quib. mo. re contr. l. 87. ff. de leg. II. l. 94. §. 1. ff. de solut. Wesenb. in Par. ff. de reb. cred. n. 9.* Quæritur autem hïc, num & Panes, Pisces, Carnes, & ejus generis aliæ res mutuo possint dari? Azoni quidem Negativa placet, mihi tamen affirmativa verior videtur; Quia & harum rerum, non corpora, sed quantitatem inspiciamus, quatenus pondere, numero & mensurâ constant, quæ illis competere nemo negatum ibit: Rectè ergò mutuò dantur. *Bart. ad l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. Treutl. vol. 1. disp. 20. th. 1. E. Forst. Disp. 16. th. 13. Borchar. de reb. cred. c. 4. n. 5. & Disp. 2. de reb. cred. arg. 2. Pos. 7.*

THESIS. VII.

Formalem mutui Causam constituit tum ipsa Mutui datio & dominiij translatio in Mutuatarium, quæ Creditorem; tum ipsa Redditio Rei, non in specie, sed in genere



re eodem eademque bonitate: quæ Debitorem spectat.

§.ii. Notandum hic occurrit, quænam Mutui datio adhiberi debeat? Et dicitur ea, unde ex meo tuum fiat, ita si non fiat, obligatio non nascitur *pr. J. quib. mo. re con. l. 2. §. 2. ff. de reb. cred.* Sequitur itaque qui dominium tralaturus est, h. e. qui mutuum dare vult *l. 167. ff. de R. J. l. fin. ff. d. cond. caus. dat.* ut dominus sit *l. 2. §. 4. ff. de reb. cred. l. 3. C. de R. V.* Nemo enim dominium, quod ipse non habet, in alium transferre potest *l. 54. ff. de R. I. l. 20. ff. de A. R. D. Borch. pr. J. quib. mod. n. 2. §. tr. de reb. cred. c. 1. n. 14. §. 22.* Colligitur deinde ex hoc, quod res, quæ mutuo data, Domino pereat *l. 9. C. de pignor. act.* Et is, qui mutuum accepit, non solum dolum & culpam præstare teneatur, sed & quemlibet casum fortuitum *§. 2. J. quib. mod. re. contr. l. 1. §. 4. ff. de O. & A. l. 11. C. si cert. pet. Wesen ad d. §. 2. J. b. t. D. & in Panat. ff. de reb. cred. n. 12. fin. Schneid ad pr. J. b. t. n. fin.* Singularem autem Jure, (cujus quidem in præcedentibus duabus thesibus mentionem feci, hic tamen paulò expressius illud explicabo) cautum *l. 15. ff. de reb. cred. & benignè receptum est l. 34. ff. Mand.* ut mutuum constitui possit, ex illâ re, quam, ut nummis uteris, vendendam acceperis *re. dactâ l. 11. pr. ff. de reb. cred.* ex utilitate enim commerciorum res sustinentur *l. 15. ff. d. s. Wesenb Par ff. b. t. n. 12.* Sic, cum ex causâ Mandati mihi debes pecuniam, & convenit, ut nomine Crediti retineas eam, data pecunia mihi videtur, & à me ad te profecta *d. l. 15. ff. b. t. fictione scilicet brevis manus l. 43. §. 1. ff. de Jur. dot.* ob celeritatem negotij conficiendi; propter quam unus occultatur actus, *l. 3. §. 12. ff. de donat. inr. Vir & Ux. Borch. tr. de reb. cred. c. 1. n. 57. & c. 5. n. 27. Gædd. tr. de reb. cred. c. 3. concl. 2. n. 57. seq.* Sic, si deposui apud te decem, postea tibi permisi iis uti, etiam antequam moveantur, condicere hæc quasi mutua tibi possum *l. 9. §. 9. ff. de R. C.* Denique etiam ita contrahitur mutuum, si à debitore meo te jussero accipere pecuniam, pecunia credita fiat, mihique obligeris, quamvis meos nummos non acceperis: quod filiusfam: & servus dantes peculiare nummos obligent; quod si voluntate meâ tu des pecuniam, mihi actio acquiratur, licet
mei

mei nummi non fuerint *l.2. §.4. ff. de reb. cred.* Et hæc Credito-
rem respiciunt.

§.2. Jam dicendum de iis quæ circa debitorem obser-
vanda, & quidem 1. Debitorem reddere oportet rem in eodem
genere non in specie sive individuo (quod supra in §.9.
th.3. explicatum) *l.2. pr. ff. de reb. cred. Wes. in Parat. ff. eo. n.11.*
Ideò autem facere tenetur Debitor hoc: 1. quia aliàs rebus iis,
quæ mutuò dantur, earumq; usus in abusu consistit, quis uti
haut possit, cum inutiliter illæ communicarentur *l.55 ff. de solut.*
2. quia Mutuum idem esset ac Depositum & Commodatum, cum
tamen longè diversa sint *l.2. ff. de reb. cred.* quæ supra in *th.3. §.5.*
sufficenter ostendi. 3. quia aliud pro alio invito Creditori
solvi nequit *l.2. §.1. ff. b. t.* Hæc ita se habent, si mutui finem adæ-
quatū & indigentia respicis, scilicet ut quis re mutuata utatur,
fruatur; hinc si pacisceris de recipienda eadem re in specie, finis,
& consequenter ipse contrahentium consensus deficit: finis
enim causalitatem exercet respectu causæ efficientis, quatenus
eam ad efficiendum movet. SED si debitor pecuniæ indigus
non sit, poterit eandem rem in specie reddere; hoc enim hîc
agitur, ut æquè bonum reddatur sed non potest magis in eodem
genere reddi, quàm si illud idem reddatur; nec multum resistit
verbum, *recepturi, in d. l.2. §.3. D. b. t.* cum non actum sed propo-
siturum respiciat; & est ex accidenti, quod debitori pecunia ex-
pendenda non sit, tale verò naturam contractus evertere nequit,
Contractus enim non ex eventu sed ex initio æstimandus est
l.5. §.2. D. Commod. Wes. de R. C. n.12. inf. insuper hoc quaritur
exinde, Num debitor alterius speciei nummos solvere possit?
Quod affirmatur, si nimirum nihil damni ex eo Creditor pas-
surus sit *per l.99. ff. de solut. §. l.65. §.1. ff. de V. O.* Etenim omni-
nò ratio in nummis haberi debet potestatis sive æstimationis
æq; ac ipsorum qualitatis *l.1. ff. de contr. emt. Hackelm. disp.9. th.6.*
Hæn. Disp.13. th.4. probant ex *pr. 7. quib. mod. re. contr.* ubi pro
Quoniam vult positum *quandoq; Wesenb. pr. In. b. t. E.* quod ego
quidem meum non facio, cum ita privata autoritate ac indebitè,
restitante emaculatissimâ Florentinâ Editione, textus corri-
gitur. 2. confirmant id particula Magis, quam, in *l.2. §.1. ff. de*
reb.

C

reb.

reb. cred. 3. constat, quod favore Debitoris constitutum sit, ut
re mutuo accepta pro arbitrio suo utatur; quid ni ergo favori
pro se introducto renunciare poterit? *l. pen. C. de pact.* 4. De-
niq; affirmatur, quod sine præjudicio Creditoris fit, quando
eadem species redditur *l. 9. C. de resc. vend. l. 17. C. de solut. l. 26. §. 4.*
ff. de cond. indeb. Borch. pr. §. quib. mod. n. 6. Schneidew. ad h. t. n. 12.
Hæn. Disp. 13. tb. 6.

§. 3. Deinde requiritur etiam, ut eadem bonitate & qua-
litate res à Debitore reddatur *l. 3. ff. de reb. cred.* ubi, licet id cau-
tum, expressumq; non sit, pro cauto tamen & expresso intelli-
gitur; Etenim ad naturam (non tamen essentiam) mutui
spectat, ut res æq; bona restituatur *arg. l. 3. ff. d. t. Faehin. lib. 2.*
contr. §. c. 69. Hæn. Disp. 13. tb. 3. Interim tamen pactis interdum
contrahentium contractuum naturalia immutantur *l. 77. ff. de*
contr. em. adco ut Mutuum contrahentes ita possint pacisci,
quod debitor mutuo datum in eadem bonitate non reddat,
salvo tamen Mutuo manente. *Schneid. ad §. fin. §. de Oblig. n. 22.*
l. 3. l. 7. l. 8. l. 11. §. 1. l. 36. seq. ff. de reb. Cred. l. 8. §. 19. C. si cert. per.
Goedd. tr. de reb. cred. c. 3. con. 3. n. 100. seq. Ita fit, quod quandoq;
Pactum in continenti de usuris solvendis adjicitur, licet alias
usuræ non concedantur in hoc contractu, quia est stricti Juris,
non tamen interpolare, vel diminueri videntur usuræ illum;
Consensu enim debitoris factæ sunt usuræ; & ita reformare
Contractum hunc nequeunt *l. 40. ff. de reb. cred. l. 8. l. 11. §. 1. l. 52. ff.*
de V. O. Goedd. tr. de reb. cred. c. 3. con. 3. n. 100. seqq. Queritur
verò; si monetæ mutatio contigerit, quomodo solutio fiet? Re-
spondetur, tempus contractus attendi debere, quando monetæ
bonitas mutata sit, sive intrinseca, sive extrinseca, quia debitor,
in eadem bonitate, quâ accepit mutuum, reddere debet *l. 3. ff. de*
reb. cred. & liberatur, nec ultra id, quod datum, obligatur *l. 17. ff.*
de Pact. l. 61. ff. de sol. nec ideo amplius solvere tenetur, quod æsti-
matio postea creverit *arg. l. 69. ff. de contr. emt.* Unde Africanus
in *l. 22. ff. de O. & A* dicit: cum quis in diem mercem stipulatus fi-
deiusforem accepit, ejus temporis æstimatio spectanda est, quo
satis ceperit. 2. quia Creditor idem, quod dedit, recipit, nec ex-
diminutione valoris detrimentum aliquod sentit *arg. l. 102. ff. de*
solut.

223

*solut. nec esto officium suum alicui damnosum, quod ejus
causa, cum quo contraxit, non etiam propter suum commodum
aut cepit l. 6. §. 5. vers. nam licet ff. de Furt. 3. Sicut ultimæ vo-
luntates ab actus tempore interpretationem accipiunt: l. 7. §. 1.
fin. ff. de aur. & arg. leg. l. 41. §. 4. ff. de leg. III. Ita hinc à contractus
tempore æstimatio petenda. Wesenb. Par. ff. de reb. cred. n. 12. circ.
fin. Hanc sententiam non solum Camera Imperialis Asses-
sores, ut omni juri & æquitati maximè consentaneam & verissi-
mam, amplexi sunt, sed Ipse Elector Saxonie Augustus Consti-
tutione sua approbavit: Const. 28. Par. 2. Mynsing. cent. 4. obs. 1.
Gail. lib. 2. obs. 73. n. 3. Comf. lib. 3. Miscell. 13. n. 5. Treutl. vol. 1. Diss. 20.
th. 12. Bronch. cent. 2. Enant. ass. 18. Hoen. Diss. 13. th. 15. Borchol. de
Regal. n. 18. seq. Hackelm. Diss. 9. th. 4. Fachin. lib. 2. contr. c. 9. & 10.
Ludwell. Disput. 11. th. 6. C.*

THES. IX.

Jam ad eos transeo, qui Mutuo dare;
Et qui accipere: Et qui vel non dare,
vel non accipere possunt. Mutuò autem
rectè dant Præsidis Provinciæ Officiales, &
omnes, qui possunt consentire, rerumq;
quas mutuo dant, dominium & liberam ad-
ministrationem habent, nisi ex speciali quo-
dam casu à Legis sive Jurisdictione Mu-
tuare prohibeantur.

§. 1. Ut consensus est spiritus omnium contractuum l. 1.
§. 3. ff. de Pact. Ita & Mutui. Hinc meritò hinc excludendi, qui vel
propter ætatem naturâ consensum non habent, ut sunt, Infan-
tes, & Pupilli: vel qui ob animi vitium, ut Dementes, Furiosi,
Prodigi, & Similes personæ, quæ consensu sunt destitutæ l. 9. §. 5.
l. 19. §. 1. l. 12. ff. de reb. cred. l. 5. ff. de R. J. l. 1. §. 12. arg. l. 24. ff. de O. &
A. l. 2. C. de contr. emt. Quod verò rectè Præsidis Provinciæ Offi-
cialis

ciales Mutuum contrahere queant, patet ex *l.34. ff. de reb. cred.* quia perpetui sunt, ut *d.l. rationem* addit; Unde Speciali Legis sanctione prohibentur mutuo dare illi Provinciarum Rectores, qui perpetui non sunt, sed temporales, ut innuit *l.33. ff. de reb. cred. l.3. ff. de off. Praef.* Prohibitio autem hæc ad tempus tantum aliquod durat: *Borch. tr. de reb. cred. c.3. n.7.* Ut & illi qui circa eos sunt i.e. quos secum in Provinciam ducunt; *d. l.33. ff. de reb. cred. Borch. d. c.3. n.3.* Sic Filius fam. licet liberam peculii administrationem habeat, attamen ex Scto Macedoniano ipsi prohibitum, ne mutuum contrahat, cum Pater illi res non concedat, ut perdat, *l.3. §.2. vers. Si filius fam. ff. ad Sct. Maced.* Cum verò Nostri Magistratus regulariter perpetui sint, nemo inficiabit, quin mutuo dare possint, arg. *l.34. ff. de reb. cred. & ad h. l. Zasius n.15. Duare. Disp. 1. th. 4. Happr. ad pr. J. quib. mod. re contr. n.35. Treutl. vol. 1. Disp. 20. th. 4. B. Forst. Disp. 16. th. 12. Ludwell. Disp. XI. th. 4. C.* Quæstio; Num & Civitas Mutui datione sibi facta obligari potest? Quod affirmatur, quando ad utilitatem suam illa pecuniam mutuam vertit, omnesq; Cives, aut minimum Consilium Civitatis, universam Remp. repræsentans consensu unanimitatis, accepit illam *l.27. ff. de reb. Cred. arg. l.2. ff. de O. & A. & l.15. ff. ad Sct. Maced. l.1. ff. de Pact. Hartm. Pistor. lib. 1. quæ. 37. Treutl. vol. 1. Disp. 20. th. 5. Gæd. tr. de reb. c. 2. con. 10. n. 239 seq. Fachin. lib. 2. contr. 75. Paul. Berens Disp. 9. th. 1. quæ. 3. & 4. Ludwell. Disp. XI. th. 4. D.* Nec obstat *l.16. ff. de V. S.* ubi dicitur, quod Civitas utatur jure privatorum: sic enim municipales magistratus neq; de crimine, neq; de liberali causâ cognoscunt *l.12. D. de Jurisdic. l.7. C. ne de Statu defunctor. &* quos alios conglomeratos vides casus apud Fornerium ad *d. l.16.* quod Civitates olim privatorum jure censæ fuerint. Sed enim nullâ Lege prohibitum est Civitati, quominus mutuum pecuniam accipere possit; imò in *d. l.12. D. de R. cred.* id apertissime indultum. *Wurms. Nucl. Jur. Controv. ad h. l. J. con. 8.*

§.2. Quæritur deinde, Num Civitas, si ejus nomine Syndici sine speciali mandato acceperint mutuam pecuniam, teneatur? Negatur; nisi expressè Creditor probet mutuum datos nummos in utilitatem Civitatis esse conversos *d. l.27. ff. de reb. cred.*

cred. arg. l. 3. C. quand. ex fact. tut. §. l. 2. ff. eod. l. 5. §. 9. ff. de const. pec.
Syndici ergo tenentur d. l. 27. & quidem Conditione ob causam
dati, causâ ex mutuo non secuta l. 19. pr. ff. de reb. cred. l. 1. §. 1. ff. de
pact. arg. l. 6. §. 1. ff. de neg. gest. l. fin. ff. de Inst. Act. Donell. ad l. 27. ff.
reb. cr. n. 1. Hartm. Pistor. lib. 1. quas. Jur. c. 37. n. 1. Schnobel. ad ff.
disp. 3. tb. 23. §. Disp. 8. tb. 4. §. Petr. Osterm. Disp. 20. ad w. tb. 10.

§. 3. Post consensum, libera rerum administratio hîc
requiritur: per arg. l. 54. ff. de R. J. l. 2. §. 4. l. 13. l. 16. ff. de reb. cred.
Hinc Impubes, licet Dominus sit, cum tamen potestatem rerum
suarum non habeat, mutuum neq; dare, neq; accipere potest
l. 5. §. 189 ff. de R. J. l. 19. §. 1. ff. de reb. cred. l. 59. ff. de O. & A. §. 2. vers.
und. pup. J. quib. alien. licet. l. 13. §. 1. §. l. 29 ff. de cond. indeb. l. 1. §. 1. ff.
de admin. tut. Gædd. tr. de reb. cred. c. 2. con. 6. n. 71. seq. Nec furiosus,
ut patet ex l. 5 ff. de R. J. l. 1. §. 12 ff. de O. & A. l. 12. ff. de reb. Cred. l. 14.
ff. de O. & A. l. 40. de R. J. Nullum enim negotium gerere potest,
quippè qui plane non intelligit, quid agat §. 8. J. de Inutil. Stipul.
§. d. l. 5. §. 40 ff. de R. J. Observandum autem hîc venit, furioso
alios furere perpetuò, alios dilucida furoris intervalla habere;
De quibus posterioribus Jason affirmat, Mutuum eos contrahe-
re posse, modo non fiat eo tempore, quò dilucidis utuntur in-
tervallis: Jason. ad l. 40 ff. de R. J. n. 3. Gædd. d. tr. de reb. cred. c. 2. con.
7. n. 146. Cum Prodigio nihil aliter fesc habet, qui, cum bonis
illi interdictum sit, neq; mutuò pecuniam dare, neq; accipere
illam potest: similis enim est furioso, quia parum sanâ mente
utitur, dum neq; modum, neq; finem expensarum habet, l. 1. ff. de
curat. furios. prod. l. 6. ff. de V. O. §. l. 40 ff. de R. J. ut igitur furiosus
obligari nequit accipiendo mutuum, ita nec prodigus d. l. 1. §. 6. §.
40. Comparatur quoq; Pupillo l. 9. §. 7. ff. de reb. cred. Sicut ergò
pupillus Mutuum dare nequit §. 2. J. Quib. alien. licet (ubi patet,
mutuum in sua nativâ significatione esse alienationem) quia
intellectum non habet §. 9. J. de inutil. stipul. caretq; administra-
tione rerum suarum, ita nec Prodigus, nam bonis illi interdi-
ctum est. Treutl. vol. 1. disp. 20. tb. 9. Borcholt. tr. de reb. cred. c. 3. n. 13.
§. 25 seq. Nec Minor hâc Regulâ exemptus est, qui, si sine Cura-
toris sui autoritate mutû dando aut accipiendo contrahat, non
obligari potest, nisi locupletior factus aut dolo quid fecerit arg.
l. 3.

l. 3. C. de restit. in integr. & l. 35 C. administr. Tut. quo casu & Pupillus obligari potest l. 4. § 1. ff. de Aut. tut. l. 3. § ff. de cond. indeb. Porro his adjungendus est fur, qui Mutuum dare nequit arg. l. 13. ff. de reb. cred. Servus item fugitivus contra voluntatem domini pecuniam credens, qui mutuum non contrahit l. 11. § fin. ff. d. t. nec ille servus, qui nummos apud se habet alienos d. l. 13. § 1. ff. eod. nam servis his non est peculii administratio l. 47. ff. de pecul. Excepto eo servo, cui libera peculii administratio concessa est qui mutuum dare potest l. 11. § 2. ff. de reb. cred. l. 28. fin. ff. de Pact. l. 18. § fin. ff. de Pign. Act. l. 10. C. quod cum eo. Excepta quoque Muliere, quæ si tanquam in usus suos pecuniam acceperit, alii creditura, tunc enim locus non est Senatus Consulto nisi Creditor eam intercedere sciat, l. 11. l. 12. l. 17. § 2. ff. ad. C. Velley. Gæd. tr. de reb. cred. c. 2. con. 15. n. 384.

§. 4. Dixi hactenus, de iis qui mutuum dare: & qui neque dare; neque accipere possint: Nunc ad eos procedam qui Mutuum accipere possint; Contrariorum enim eadem est ratio; Ἰνὴ τῶν ἐναντίων ἀπολύτως; quod Philosophi dicunt. Quod axioma mutuati Jcti variis in locis JPrudentiæ usurpant; V. princip. Inst. de his qui sui vel alieni jur. § princ. Inst. de Tutelis. & famosissimus locus est in l. 1. pr. D. de Offic. ej. cui mand. est Jdictio. l. 3. C. ne uxor pro marito l. f. C. hereditar. action. Ad instar omnium Joban. Oldend. in Suis Topic. Legal. Loco à Contrariis, ubi accuratè hanc materiem tractat. Dissentit unicus Antonius Merenda Lib. 2. Controvers. c. 7. ubi serio contendit, nullum posse adferri Juris textum, ex quo colligatur, argumentum à contrario sensu esse specialem argumentandi modum. Sed homo hic novà hac doctrina nec audiendū nec auscultandus est, tantaque non sunt, quibus confidit argumentis, quin hebetari aut potius convelli possint. Cæterum sit Thesis: Qui mutuū dare, ij & mutuò accipere possunt, Inter eos v. numero Patresfam. puberes & mentis compotes t. t. ff. & C. ad SCt. Maced. quia sue sunt potestatis l. 4. ff. de his qui sui vel alieni jur. Trenti vol. 1. disp. 20 r. b. 7. Borcholt. tr. de reb. cred. c. 3. n. 10 & 11. Item Filiusfam. qui accipiendo non solum naturaliter l. 10. ff. ad SCt. Maced. sed & civiliter obligatur l. 29. ff. de O. & A. l. fin. ff. de V. O. adeò ut adversus eum ipso Jure Creditori actio detur, adversus què ille tamen

ex-

225
exceptione S^Cti Macedoniani se tuetur arg. l. 7. l. 9. §. 3. ff. ad S^Ct.
Maced. arg. l. 40 ff. de cond. indeb. quæ exceptio Actionis exclusio
est, l. 2. ff. de Except. Borch. tr. de reb. cred. c. 3. n. 52. Treutl. vol. 1. disp. 20.
th. 7. quod v. §. 7. Instit. quod cum eo qui in alienas dicitur, non ne-
gari actionem, intellige quod non efficaciter detur, cum credi-
tor exceptione dicta retundatur. Quæritur præterea hic, Num
etiam Filiusfam. S^Cto Macedoniano cum effectu renunciare
possit? Negatur, tum quia S^Crum Macedonianum utilitatem
publicam respicit, dum postea ita constituit. ne filii fam. am-
plius mutuis corrumpantur pecuniis aliis sine fidei ministeriis,
arg. l. 1. ff. ad S^Ct. Maced. uti quidem antea à fœneratore illo im-
probo Macedone factum, teste Gædd. tr. de reb. cred. c. 2. conc. 14. n.
311. nec Juri publico ratorum p^{ar}is vel renunciationibus
quid derogari possit. l. 38. ff. de Pact. l. 27. §. 4. l. 7. §. 14.
ff. de Pact. l. 27. §. 1. ff. de R. J. l. 13. ff. ad S^Ct. Maced. Tum
quia S^Crum Macedonianum non saltim filii fam. causâ, sed
in odium & pœnam Creditorum, sive ejusmodi fœneratorum
introducitur est. l. 1. §. 1. §. pen. ff. ad S^Ct. Maced. l. 40. ff. de cond.
indeb. cum non opposita S^Cti hujus exceptione condemnatus fi-
liusfam. juvetur l. 11. ff. ad S^Ct. Maced. Ergo & renunciatione
factâ, Fachin. lib. 2. contr. c. 62. & Hackelm. disp. 9. th. 10. Treutl. vol. 1.
disp. 20. th. 7. Guil. Forst. par. 2. lib. 4. disp. 5. th. 3. B. Costal. ad l. 1. ff.
ad S^Ct. M. Myns. ad §. 2. J. quod cum eo. n. 9. Mozz. de Contr. t. de
Mut. n. 19. Borch. de reb. cred. c. 3. n. 53. & t. de V. O. c. 1. n. 28. quod ad
eò verum est, etiam si juramento renunciationem de solvendo
confirmaret filius f. arg. l. fin. C. de nonnum. pec. c. non est obligat.
de R. J. in sexto. Nam 1. indubitati Juris est, exceptionem non
numeratæ pecuniæ, etiam in iis cautionibus, quæ sacramenti
habent mentionem, locum obtinere d. arg. l. fin. C. de nonnum. pec.
2. non est obligatorium Juramentum, quod bonis contrariatur
moribus, an famiq; delinquendi præbet, d. c. non est. de R. J. in sexto.
3. Vult Jus nostrum nemini fraudem suam prodesse: Præsumi-
tur autem fraus in eo, qui ad juramentum adigit filium fam.
quem Juris communis beneficio tutum esse scit. Treutl. vol. 1. disp.
20. th. 7. D. & Vol. 2. disp. 26. th. 5. Panormit. in c. cum conting. de
urejur. n. 22. Hackelm. Disp. 9. th. 10. Utut contradicere nitatur
af. lib. 2. sing. Resp. c. 28. Illud tamen bene refutat Gometz. tom. 2.
var.

Var. Resol. c. 6. n. 2. Fachineus lib. 2. Controv. c. 62. Nec in foro conscientiae ad restituendam pecuniam filium fam. teneri persuasum habeo, Justa enim lex in iudicio quoque animae obtinet & servanda est, *gl. in c. quae eccles. de consti.* Haec autem Lex est iustissima *d. l. 1. ff. ad SCt. Maced.* Deinde & Magistratibus, ejusque Legibus est obtemperandum; *Rom. 13. vers. 1. Gædd. de contr. stipul. c. 7. n. 290. seq.* quod à mutui datione ad acceptionem valide argumentari dixi, id regulariter obtinet: fallit verò quandoque, nam, quod supra actum, Praesides Provinciarum arcentur, quidem in Jure nostro à datione mutui, non verò ab acceptione; Mutuum enim accipere possunt *per l. 34. §. 1. ff. de reb. Cred. nec longius hujus juris ratio arcescenda, cum aequitas dicat, Praesidibus subsidia vitae invidenda non esse.*

THES. IX.

Venio nunc ad causam Finale, quae est; Ut res ad Necessitatem vitae opportunae inter homines communicentur.

§. 1. Proximum sublevare & Pauperem reficere non solum lex humana Charitatis, sed & ipsa Lex Divina hortatur; *Exod. 22. vers. 25. Levit. 25. vers. 35. Deut. 15. vers. 7. & 8. Matth. 5. v. 34.* Ut autem Proximi conservetur salus, Humanitatis est praecipuum, nec opem Poscentibus ea neganda, teste *Symmacho*, Spectat huc quod nemo pecuniam otiosam habere debet, sed ideo ut usuram eam faciat *l. 1. & 3. ff. de Usur. t. t. ff. de naut. faen. l. 4. l. 40. l. 41. & l. 42. ff. de reb. cred. licet quidem foenus odiosum videatur, si tamen stipulatio sive pactum intervenit, omnis rejicitur iniquitas, & cuique transigere permittitur l. 3. C. de Usur. Schnobel. ad ff. Disp. 8. th. 7.*

§. 2. Pertinet deinde ad hanc causam, quod eo animo datur accipiaturve Mutuum, ut aliquandiu Debitor re creditam fruatur *l. 17. §. 3. ff. Commod.* Non enim Creditor cum sacco, ut ajunt, paratus venire debet. *l. 109. ff. de solut.* sed spacium aliquod debitori relinqvendum est, intra quod re commodè utatur fruaturque, eo verò lapso, quod vel in contractu exprimitur, vel ut aliàs ex aequo intelligitur, debitor in eadem bonitate, eodemque genere

genere rem reddat l. 3. l. 7. & l. 8. l. 36. seq. ff. de reb. cred. Wesenb. in Par. ff. de reb. cred. n. 13. Gædd. tr. de reb. cred. c. 4. concl. 1. n. 1. seq.

243

§. 3. Cum igitur ad res vitæ honestè transigendæ mutuuum detur: Illicitum proinde illud erit, quod ludo amissum est; Unde quæritur, Num illi, qui aleatori pecuniam dedit mutuò, ad eam repetendam certi conditio competat? Negant communiter per l. 1. & 2. ff. de Aleat. quia deterri- mum est prodigalitati instrumentum alea, quâ complures per inconsul- tam temeritatem ad inopiam redacti, Deo maledicunt, & graviora faci- nora nonnunquam aggrediuntur l. fin. pr. C. de relig. & sumt fun. & alea lus. Bene igitur hoc ludi genus à Lege vel SCr. prohibitum est: Interest enim Reip. bene constitutæ ne quis re suâ abutatur §. 3. f. de his qui sui vel alien. Jur. Wesenb. par. ff. de Aleat. n. 1. seq. Sittbm. Nucl. f. quib. mod. re contr. p. m. 479. Et Nucl. Pand. t. de Aleat. p. m. 351. & 352. Illi verò videntur rem acu tangere, qui distinguunt 1. utrum mutuò dans fuerit collusor an fortè ter- tius aliquis & an ludus licitus an illicitus. Si ad illicitum à tertio mutu- atum, perdit ille pecuniam si amplius salva non sit; sive sciverit sive igno- raverit accipientem mutuò lusurum esse: Si v. salva sit, conditio competet l. fin. D. de aleat. Si verò collusor collegæ mutuò det, hic cum Raucbb. p. 2. q. 25. n. 79. & Berlich. P. 1. Decis. 66. n. 4. distinguo iterum, utrum accipiens ite- ratò promittat, se restitutum, & sic eidem danda conditio. Quod verò lusum licitum (qui sit V. Magnif. Carpzov. p. 3. Prax. Crimin. q. 134.) attinet, indistincte tertio & collusori mutuanti repetere licet, cum hic omnis turpitude & prohibitionis ratio cesset.

THES. X.

Consideratis hætenus causis; ad Effectum mu- tui nunc procedendum qui est actio, quæ Con- dicitio Certi appellatur, estq; quæ Debitor conven- tus creditum in eodem genere, eademq; bonitate & qualitate reddere compellitur.

§. 1. Hæc Certi Conditio ita dicitur, quia certum quid in hoc contra- ctu petitur. Ubi varias hinc Dd. movent opiniones; quidam dicunt: Unam esse generalem Certi conditionem, quæ ex omni causâ, omniq; contra- ctu, ubi certum quid petitur, cuiq; competit l. 9. ff. de reb. cred. l. 24. ff. eod. arg. l. 75. de O. & A. Alteram esse specialem quæ propriè de mutuo sit,

D

cum

mittentis pervenerit §.1. & 2. *J. de perpet. & temp. Act. l. fin. & seq. ff. de dol. mal.*
l. 44. D. de R. J. Hi autem heredes, qui hac actione pulsari possunt, frustra se
 exceptione tuebuntur, si defunctus debitor eandem pecuniam rursus alij
 crediderit *l. 15. C. si cert. pet.* Et datur contra eum, qui mutuum recepit, Pa-
 trem familias sc. mentis compotem & puberem, quoquo ille verterit pecuni-
 am mutuo acceptam sive in suam, sive in alterius rem verterit. *l. 13. C. si cert.*
pet. Siq; plures simpliciter mutuati fuerint, in singulos pro virili competio
 actio, etiam si uni nomine omnium facta sit numeratio. *l. 5. C. d. r. si cert. pe-*
ret. Non autem contra filium familias, quia exceptio SC. Macedoniani ob-
 stat, §. 7. *J. quod cum eo qui in alien. l. 14 ff. de reb. cred.* Contra Dominum a.
 institui potest, institore vel procuratore servo ejus mutuum recipiente *l.*
29. ff. d. t. Contra Civitatem, deniq; in Cujus Usu mutuum versum est
 recte experiris *l. 27. ff. eod.* siq; versum sic non sit, adversus administratores
 civitatis agere licet: *d. l. 27. D. b. t.*

§. 2. Datur verò hæc Actio ad id, ut Debitor rem mutuam non qui-
 dem in specie seu individuo, sed in eodem genere, scilicet pecuniam pro
 pecuniâ, vinum pro vino reddat; quod semper tacite in hoc contractu in-
 telligitur, ut æq; bonum, & in eadem qualitate & bonitate restituatur *l. 3. ff.*
de reb. cred. Costal. & Donell. ad l. 32. ff. de V. S. n. 9. Deinde ut Creditor non
 eandem pecuniam mutuam in specie, sed tantundem in genere reddend-
 am petere debeat. Hinc cautus Creditor esse debet, ut non dicat simplici-
 ter: numeravi, sed mutuavi: sic enim, si postea realem & actualem
 numerationem, sive ipsam Debitoris confessionem probet, victoriam re-
 portabit. *Schneid. ad §. 16. J. de Act. n. 13. seq.*

THES. XII, & Ultima.

Finitur hæc Actio Solutione ejus, quod debe-
 tur, Novatione, Acceptilatione per Aquilianam
 Stipulationem novata, Oblatione ac Consigna-
 tione, & Deniq; Exceptione e. gr. Præscriptionis
 30. annorum.

§. 1. Certum est nihil magis ab obligatione liberare, quam si id solva-
 tur, quod debetur §. 1. *J. quib. mo. re. contr. t. 1. ff. de solut.* Requiritur autem
 hic, ut totum solvatur debitum, non verò pars debiti aliqua: quam parti-
 cularem solutionem invitus Creditor admittere non tenetur *l. 41. §. 1. ff. de*
Usur.



Usur. latè hoc probat Hotom. in illustr. quest. quia minor solutio eadè est, ac nulla solutio l. 3 § 1 ff. Commod. l. 9 § 3 ff. ad exhibend. l. 18 § 4 ff. Fam. Excisc. l. 3 § 1. 4 § 2 ff. Com. divid. Gædd. ad l. 32 ff. de V. S. n. 9. Et natura etiam hujus conventionis est, ut totum quod debetur, solvatur pr. J. quib. mod. toll. obl. l. 54 ff. de solut. Deinde particularis solutio nullum hîc obtinet locum, quia per partes admittere solutionem grave & incommodi plenum est l. 3 ff. Fam. Exc. Ut v. quis alterius facto graveur, ac damnum patiat, æquitas non permittit l. 47 § 1. 55 ff. de R. J. Gædd. ad l. 32 ff. de R. I. n. 9. Aliter sese res habet, si pactum intervenerit, ut pars solvatur, tunc conventioni standum est: l. 41 ff. de Usur. Pac. cent. 3. quest. 70.

§. 2. Tollitur deinde hæc Actio Novatione §. 3. J. quib. mod. toll. obl. §. 1. t. t. ff. ac C. de Novat. & quidem propriâ, quæ aliàs dicitur voluntaria: non a illâ necessariâ, quæ vocatur quasi novatio, & per litis contestationem inducitur l. 29 ff. de Novat. hodiè necessarium esse, ut contrahentes hoc expressè dicant §. 3. J. Q. m. t. oblig. §. 1. fin. C. de novat. adeò, ut etsi verisimiles conjecturæ adsint, tamen ne ope quidem exceptionis valere novationem, communiter statuunt Dd. Puto ego, quod extra talem evidentem novandi expressionem, modo aliquo interpretandi novationi locus sit, cum Imp. in d. l. f. C. novat. ad id quod plerumq; ubi de voluntate signis præsumendâ, tractatur, altercatio inciderit, respexerit, & eam ob causam expressissimum novandi animum requisierit. Sic Acceptilatione quoq; finitur §. 1. J. quib. mod. toll. obl. Non a simpliciter, nam acceptilatio sine re contrahitur l. 126 §. 2 ff. de V. O. Mutuum v. re perficitur, pr. I. quib. mod. re contr. l. 1 §. 2 ff. de O. & A. Hinc opus est, ut Aquiliana interveniat Stipulatio, quæ novata Acceptilatio deinde hanc Obligationem tollit d. §. 2. I. Q. m. toll. obl. §. 1. 8 §. 1 ff. de Accepti. l. 7 §. 1 ff. de Stipul. Serv.

§. 3. Oblatione ac Consignatione etiam finitur hæc Actio l. 19. C. de Usur. l. 9 C. de solut. requiritur v. ut Debitor paratam illam pecuniam non solum offerat, sed Creditori vel coram Judice, vel coram aliis honestis viris ostendat ac consignet l. 39 ff. de solut. Duaren. ad l. 9 ff. solut. matr. Sichard. ad d. l. 19. C. de Usur. n. 311. Gædd. tr. de reb. Cred. c. 6. conc. 4. n. 9 seq.

§. 4. Ope tandem Exceptionis tollitur quoq; hæc Actio: Quoties nimirum reus præscriptione 30. annorum tutus est, vel transactum aut jurandum, & pactum de non petendo interpositum, l. 3 C. de Prescr. 30 vel 40. annor. l. 6. l. 13. l. 16. l. 20. C. de Transact. t. t. ff. de Iurejur. l. 1. l. 3. l. 7. l. 27 §. 2 seq. ff. de Pact. t. t. I. de perpet. & temp. act. t. t. I. de Excepe. Quibus & aliis modis lites deciduntur; ac mea jam Exercitatio finem lunit: sic

Gloria Soli Deo.

Addere lubuit

245

Unum atq; alterum JURIS CANONICI Errores.

I. Secundas adire nuptias secundum Præceptum Apostoli, est secundum veritatis rationem verè fornicatio; cumqve permittente Deo publicè & licenter committitur, fit honesta fornicatio. *c. IX. Caus. XXXI. Quest. I.*

II. Interdicere Decanis, Archidiaconis, Præpositis &c. audire Leges vel Physicam. *Cap. I. Ne Clerici secul. negot. in 6to.*

III. Ad Principes Electores jus & Potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promovendum, ab Apostolicâ Sede pervenisse; *C. XXXIV. X. de Elect. & Electi Potest.*

IV. Ecclesiam Romanam inter Alias obtinere Principatum. *cap. X. in f. X. de Offic. & potest. Iudicis Deleg.*

Cælo nata Themis, Musarum concio tota,
Floraq; cum Zephyris, Charitesq; atq; auree Phæbe,
Spargite, si fas est huc nomina vestra vocare,
Mellea si per Vos renovati gratia Veris
Ridet, & amisum repetit jam Terra vigorem,
Purpureis cathedras Violis conspergite, nam se
Inter Justicia Proceres, velut æstra micantes,
Præsides Negero, Themidos qui jure medulla
Audit, & Astræ decus immortale disertæ,
Ore serenato nobis jam Guschkius offert.

Felices animos, simili quicunq; Juventam
Dexteritate locant Studiis & rebus honestis!
Ast rigidus seculi torpor, sensimq; recepta
Barbaries quemvis vix hanc finit usq; Corinthum
Cernere, nam nullo stimulo Virtutis abundant.

Gaudeat ergò suæ meritò jam flore juvenæ
Guschkius, & porrò resonantia pulpita pulsans
Intrepidè spectet majorum præmia laudum,
Nam Galenus opes dat, Justinianus honores.

Conterraneo & Commensali suo suavissimo
deproperabat

Johannes Daniel Major,
Vratislaviensis, P. & M. D.

135
Der Winter ist vorbey die milde Schoß der Erden
Erfreut sich nach und nach von Grund aus warm zu
werden

Die günstige Natur gibt ihre Glut hervor
Und alles umb und an steigt mehr und mehr empor
Und wil den letzten Rest des winters von sich legen/
Weil sich der Geist der Welt numehr begunt zu regen
Und allem Kraut/und Baum ein neues Leben schencke
Drumb lob ich ihn/ mein Freund / daß er auch das
Er folget der Natur / er suchet seine Flammen/ (bedencke
Sein Würcken/ seinen Fleiß/ und allen Muth zusammen/
Und zeigt mit grossem Ruhm auff's neue wieder an/
Was ie zeit hero wol sein wacher Sinn gethan;
Ein ander mag dem Spiel/ der Truges vollen Karten
Mit seiner Compagnie das ganze Jahr abwarten
Und aus erfreutem Geist bey Zerbster Bier und Wein
So viel er kan und wil nur immer lustig seyn;
Er ist viel mehr bemüht und voller Treu beflissen/
Des edel-süßen Safft und Nectars zu genissen/
Den ihm die Musen Schaar vom Pindus-quellen läßt
Bey diesem bleibet er beständig steiff und fest/
Und läßt sich keine Lust der eiteln Welt verführen/
Wie solt ihn Themis denn nun auch nicht künsttig zehren
Und ihm zu seiner zeit die Erone reichen dar
Die ich schon gleichsam seh' / wolan es werde war!

Dieses seht seinem vielgeliebten Herrn
Stubengesellen Glück-
wünschend hinzu

George Seidel / von
Breslau.

ULB Halle


3

006 681 980



Handwritten signature or mark





B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

JURIDICA 213

ACTU
UTUO, 16

no Auspicante,
ci atq; Amplissimi
dinis

DE
O

ssimo, Consultissimoq;

O **Mergern/**

O. Prof. Publ. Curiaē
ltatis Juridicæ Asfessore

DECANO,

o omni honoris obser-

a prosequendo
i subicit

S **Gusche/**

Siles.

R.
Aprilis
ctorum
ridianis.

RGÆ

NERUS, Academ. Typogr. 1661.

